

*men tenentis (VI 9454 vidit Bormann). — 1) Fortasse is de quo Suidas s. v. Ἐπαφρόδιτος. Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 372, 403.*

*Grammatici Latini, supra N. 6729. P 5455. VI 9455; gramm[at]icus Latinius cui res [p.] Tr[is]t[ri]ensium an. habent. XXV [s]a[lar]. (traditur raris.) con[s]titu[it] in titulo non bene descripto II 2892. — Decurio Beneventanus, grammaticus supra N. 6497. — Alius supra N. 1848.*

**7770** grammaticus léctorque fui, | set léctor eorum  
móre incorruptó qui placuere sonó.  
coiugis | exiguó<sup>1</sup>, natae pietate sepultus |  
hóc Marius Fidens contegor á tumulo. |

v.<sup>2</sup> Maria Didyme, Maria Achelois, | vivit. |

Te, lapis, opttestor (*sic*), leviter super ossa residas.

*Romae (VI 9447 vidit Henzen). Buecheler carm. epigr. 4012. — 1) Sc. tumulo. — 2) Vivit.*

**7771** Derceto<sup>1</sup> Aureliae | virginis<sup>2</sup> | lectrix<sup>3</sup>, | ann. vicensumum |  
exsigens | misera occidi. || Sabina C. I. | Helena, | vixit annos XVI.

*Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam (VI 35475 = Notizie degli scavi 1899 p. 78). — 1) A dea Syria sumptum nomen. — 2) Vestalis ut puto. — 3) An(a)gnostria est VI 54270, alia ut videtur VI 55850.*

**7772**

Terentius Sabini|anus<sup>1</sup> fons<sup>2</sup> et came|na litteris,  
sapi|endo opimus et di|cendo splendidus. |  
Hoc praeter ceteros | etiam Hippo dicti[ta]t |  
Diarrytos<sup>3</sup>, ubi magis|ter praestans floruit |

5 vixitque numerum | in se de analogia (*sic*)<sup>4</sup> | Pythagorae prima|rium<sup>5</sup>.  
P.<sup>5</sup> v. a. XXXVI. | Il. s. e.

*Thuggae (Revue arch. 1892 vol. 20 p. 598 n. 421 Cagnat vidit ectypum; Lafaye bull. des antiquaires de France 1894 p. 72). Buecheler carm. epigr. n. 107. — 1) Cognomen tollendum, ut recte procedat versus. — 2) Cf. supra N. 2937. — 3) Cf. N. 6782. — 4) Verba in se de anol. et sententiae et versui impedimento. — 5) Scilicet, ut subscriptum est, annos triginta sex. Cf. Plut. de animae procreat. p. 4027E: ἡ μὲν οὖν ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἑμνομένη τετρακτὺς, τὰ ἕξ καὶ τὰ τριάχοντα; id. de Isid. et Osir. (c. 75) p. 581F. — 6) Pius.*

**7773** d. m. | M. Romani Iovini | rhetoris eloquii Latini. |

Conditus hac Romanus | est tellure Iovinus<sup>1</sup>, |  
docta loqui doctus | quique loqui docuit.

Manibus infernis | si vita est gloria vitae, |  
vivit et hic nobis | ut Cato vel Cicero. |

M. Iunius Severus et | Romania Marcia | heredes bene merenti | fecerunt.

**7773<sup>a</sup>** d. m. | M. Romani Iovini | Restituti<sup>1</sup>.

Restitutus hoc infelix | tegitur in tumulo puer |  
socius parente<sup>2</sup> gemino | tumuli foedere. |

M. Iunius Severus et | Romania Marcia | heredes bene merenti | fecerunt.